



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 176. Alphonsus Arragonum Rex a Joanna adoptatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

dovicus obsidionem solvere cogitur; Re-Sæcul. XV.  
gina vero, ut hostibus validius resisteret, A.C. 1420.  
conditiones pacis cum Braccio iniit, huic  
maxime proficuas. Ergo ille confessim  
cum copiis suis ingentem Sfortianorum  
Equitum stragem edidit, non sine acerbo  
Pontificis dolore, qui experiri cogebatur,  
quod Regina Braccium, juratum S. Se-  
dis hostem, ad suas traxisset partes; quo-  
circa aperto Marte adversus eam pugna-  
re decrevit, & Ludovico Andegavensi  
militum subsidia sub Duce Tartaglia sub-  
misit.

### §. CLXXVI.

*Alphonsus Arragoniæ Rex a Joanna  
adoptatus.*

Hæc dum geruntur, ipse Alphonsus cum Marian. l. 20  
potenti classe viginti quinque trire- c. ix.  
mium, ac plurimarum navium bellicarum  
apparatu Neapolis portum ingreditur,  
Victoris adinstar a Regina incredibili  
lætitia exceptus; Ergo ex pacti legibus  
castri novi, & castri Ovi possessionem ac-  
cipit, Regina vero adoptionem Alphonsi  
solemni ritu confirmat, eumque utpote  
Regni successorem, Calabriæ Ducem pro-  
clamat. Hinc Papa veritus, ne Alphon-  
sus, (ita enim minabatur) ad obsequia  
Petri de Luna rediret, duos Cardinales  
Legatos ad eum misit, qui Ludovicum  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XXVI. Ff An-*

**Sæcul. XV.** Andegavensem Alphonso reconciliare  
**A.C. 1430.** studerent; Hi vero nil nisi inducias impetrabant, quæ tamen primum anno sequenti suum fortitæ sunt effectum.

## §. CLXXVII.

*Victoria Zischæ.*

**Balb. Epit.  
rer. Boh.**

Zischa, Hussitarum Dux, insignem prorsus in Bohemia reportavit victoriā, atque Catholicorum equestribus copiis penitus deletis, pedestres, qui nimio terrore percussi, ne quidem primos hostium impetus sustinebant, in fugam egit. Zischa, ut ad victoriæ summam perveniret, feria tertia pridie ad diem cinerum Anno Domini millesimo quadrageentesimo vigesimo, noctis beneficio Auscam invaserat; ambo enim hujus urbis Toparchæ Copejus, atque Ulricus, incolas suos, utpote Hussitas, ex illa propulsabant. Copejus vero cum ingenti praefidiarii militis numero trucidatus est, Ulricus autem ad castrum Litium auffugit, quem tamen ibidem Zischa manu sua intermit, omnesque, quotquot armati occurrerent, promiscue jugulari præcepit.

## §. CLXXVIII.

*Copiae a Sigismundo in Bohemiam missæ.*

**Simulac Imperator de prosperis Hussitum**